

Cap. LXXIII. Rubrica de forma sacramenti
textorum.

Iurabunt textores artem suam legaliter exercere et non
dimittere opus civium pro opere forensium, et texere tria
brachia panni subtilis pro uno frx., et quatuor brachia panni 5
grossi pro uno frx., et duo brachia de pano lini pro mantillis
fiendis pro uno frx., et non plus recipere quam ut dictum est,
111 B etiam pena decem sold. par. pro quo- // libet textore qualibet
vice et qualibet tella, et restituendi superfluum domino rei.

Cap. LXXIII. De custodia ianuarum civitatis. 10
Ac de custodia diei in platea. R.ca.

O rdinamus quod custodia civitatis ianuarum et platee ci-
vitatatis Tergesti fiat in hunc modum: videlicet quod qui-
cunque, cui preceptum fuerit, ad custodiam ianuarum sive ali-
cuius earum ire debeat, et stare personaliter ad dictam ianuam 15
ad quam sibi fuerit preceptum illa die, sub pena decem sold.
par. pro qualibet die. ¶ Et si non reperiretur ad dictam cu-
stodiam sibi comissam per militem domini potestatis, cadat
ad penam duorum gross. pro qualibet vice non inventa, salvo
iusto impedimento vel absentie civitatis. Salvo quod quilibet 20
possit mittere pro se filium nepotem fratrem et germanum
legittime etatis. ¶ Et similiter quicumque cui fuerit preceptum
vel per rotolum sibi attingeret, ad vardam platee et civitatis
de die venire debeat, cum audiverint tintanabulum ad hoc pul-
santem, et comparere cum suis armis sub logia comunis, et se 25
presentare cum fuerint vocati, et tota die stare in civitate
Tergesti cum suis armis, et non exire, sub pena decem sold.
pro quolibet et quolibet die. ¶ Et ad ianuam sancti Laurencii
continue de die esse stare debeant sex custodes, quorum duo
112 A super turrem et reliqui quatuor // ad custodiam dicte porte, 30
et ad alias ianuas sancti Michaelis Cavane et Riburgi et Donote
quatuor custodes pro qualibet ipsarum.